

AD ARTICULUM CXV.
ARGUMENTUM.

Formula sententiarum in singulari numero concepta, exprimenda sunt in numero plurali, quando plures accusatores, aut plures Rei eorumque defensores in iudicio existunt.

EXEGESIS.

Vix videtur admonitione dignum, quod Imperator pro informatione Actuarii hic constituit. Nihilominus tamen existimat Mantzius *ad h. artic. num. 3. pag. 358.* admonendos illos fuisse, quod tum temporis tam rudes & imperiti fuerint isti homines, ut in omnibus ferè instructione indigerent. Monet itaque Imperator, ut cum sententia concipiantur in numero singulari, plures autem sint accusatores vel etiam rei, ut tum sententia quoque in numero plurali exprimat ab Actuario, etiamsi saltem sint duo accusatores, vel etiam duo rei: quoniam pluralis elocutio duorum numero contenta est. *l. 12. ff. de Testibus.*

ARTICULUS XCVI.

Solenne, quando Judex bacillum manibus medium elidat.

Wann der Richter seinen Stab zerbrechen mag.

Wann der Beklagte endlich zu peinlicher Straff geurtheilt wird, soll der Richter an den Orten, da es Gewohnheit, sein Stab zerbrechen, und den Urmen dem Nachrichter befehlen, und bey seinem End gebieten, die gegeben Urtheil getreulich zu vollziehen, damit vom Gericht auffstehen, und darob halten, damit der Nachrichter die gesprochene Urtheil, mit guter Gewarsam und Sicherheit vollziehen möge.